

Aduertencias para

- 18 ¶ Et in eodem Compendio refertur etiam  
q̄ Antonius Cardinalis ac Penitentiarius Pau-  
li. 3. anno primo sui Pontificatus. 13. Calendas  
Februarii de eiusdem Pōtificis speciali man-  
dato Vtraque Vocis Oraculo super hoc ei facto  
indulit, & concessit, q̄ omnes Fratres presby-  
teri Monasterii prædicti. B. Mariæ de Gua-  
dalupe, tam intra, quam extra, in illius capel-  
lis, oratoriis, grangeis, & locis aliis eiusdem  
Monasterii [non contradicente Priore, aut in  
eius absentia aut sede vacante [Vicario] pos-  
sint ministrare Sacramentum Eucharistiæ, etiã  
in die Paschatis, subditis eiusdem Monasterii,  
vel ab eo dependentibus, & aliis illuc confu-  
entibus viriulq; sexus, Diocesanoꝝ locoꝝ-  
rum Curatorum, aut Rectorum, ad hoc licentia  
minime requisita, & sic præcepto Ecclesiæ sa-  
tisfaciant: non obstantibus contrariis quibus-  
cunque. Hac Antonius Cardinalis. Ex eodẽ.  
19 ¶ Pater Emanuel. 1. Tom. qq. regu. q. 56. art.  
3. circa has concessiones aduertit primo, q̄ li-  
cet specialiter fuerint concessæ Monasterio  
Beatæ Mariæ de Guadalupe propter maximã  
deuotionem ad imaginẽ immaculatæ Vir-  
ginis ibi in altari maiori collocatam: per cõ-  
cessionem tamen. Pii. 4. per Pium. 5. expediã,  
hæ, &